



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXXVI. Fluminum transitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

*Pabulato-
res.*

*In periculo
excubia.*

*Explorato-
res.*

Cū multis locis inuadere hostis potest, multae for-
tesq; excubiae constitui debent. Hinc apparet, quā ca-
stra munita esse oporteat. Pabulatoribus praemitti so-
lent equites, qui eos tueantur. Cum periculum est tertia
pars exercitus excubat, & in extremo discrimine dimi-
dia; inter ordinarias excubias, etiam extra ordina-
rias collocant, quas paruas vocant, & duplices procu-
bitores ordinant, ut vndiq; securitati sit prospectum.

Interdum prope hostium castra collocant equitū
excubias, quas ob periculum vocant perditas. Noctu
emitti solent exploratores, illis tessera non datur, ne
si capiatur aliquis, hosti indicare cogatur; si noctu re-
deundum est, miles vnus praemittitur ad procubitores,
qui excubitorum praefecto id indicat, redire ex-
ploratores, ille duci indicat, ingressurus in castra co-
mes additur ex eis, qui tessera nouit, ut inmittatur.
Idē seruari solet inter diu, cum redeunt peregre equi-
tes, ita ut maior sit cura iam excubiarum, quā olim; &
fane dum oīa cōsidere, quae quilibet inter milites no-
tare pōt, valde video prudētā bellicā indies creuisse.

§ 9. Id magnopere notandum: Errare qui regionē
aliquā ita fluminibus, syluis, mōtib; aliisq; reb; mu-
nitam putant, ut hostis intrare nequeat. Moses per
serpētib; inuias arenas, ductu ibidem exercitū egit.
Hannibal acetō fregit Alpes, nū-
per obfessa, & negata via in Bohemiam pertulerunt.
Bohemia nostra itaque testis est, vno anno toties via
ad aperta est ad eam infestandam. Itaq; venienti ho-
sti resistendum est armis; cetera eum transmittunt.

§ 10. Tueri sese oppositis ad tela captiuis olim fre-
quens fuit. Aemilius Paulus, cum in Lucanos exerci-
tum duceret, atq; a Tarentina classe scorpionibus pe-
teretur, latera suorum captiuis prae texuit. Idem ex
Phrygia veniens Agesilaus Lacon fecit.

CAPVT XXXVI.

Fluminum transitus.

§ 1. **Q**UATVOR modis flumina transeunt exerci-
tus. Ponte, naui, deducēdo in riuos flumine,
natatu. Nā si vado transire licet, noua arte nihil opus
est. Tū solūmodo aduertēdum est, ne tenuem riuum
noctū hostis obstruxerit, ut intumescēte vnda me-
abilis nō sit, q; in obsidione Ostēdana Batavi praesidia-
rij fecēre. alterum periculum est, si murices proijciāt,
qui facile turbata aqua fallunt.

§ 2. In fluminibus itaq; grauis est molestia, Veg. l. 3.
c. 7. Difficile est, in quā, cum hostis est in propinquo;
nam pontem facere maioris est laboris; Naues facile
repelluntur, tormentis, fixis sudibus, nando transire
hodie vix licet; quamuis Catolo 5 Albim quidā Hi-
spani transauerint. Verum occasionem illis dedit
pauor hostilis, si enim vel quini equites ad ripam su-
issent, repellere venientes poterant.

*Flumina
disimula-
tione trans-
eunt.*

§ 3. Tota igitur ars in eo consistit, ut alio transitu-
ros se simulent, alio transeant. Labienus in transgres-
su fluminis vno in loco remis strepitum fecit, ut per-
transire videretur, dumq; hostis sese cōparat, alio loco
transiit; id quoq; fecit Sinan Bassa an. 1594. cum enim
pluribus locis se Danubium transiturum simulasset, v-
no in loco transiit, remoto à castris Christianorū, &
simul partem impedimentorū illis eripuit. stolide o-
mnino Tartari. an. 1594. Danubium transierunt vna
manu caudam equi tenentes, altera gladium, sed caeli
sunt cum transissent; periculo sū illud est; quia equi fa-
cile grauantur, & si periculum sentiant, calcitrant.

*Imperum
fluminis si-
stere.*

§ 4. Imperum fluminis equis, vel elephantis sistere
solebat. Caesar equites supra in frag; disposuit, ut im-
petum fluminis frangeret. l. 1. belli ciuilis. Reliquas legi-
ones expeditas educit. magnosq; numero iumentorum in flumi-
nem supra atq; infra constituto, transducit exercitum. Hanni-
bal in Pado elephantos disposuit.

*Glaciem ho-
nes expeditas
ne supra atq;
infra constituto,
transducit exercitum.
Hannibal in Pado
elephantos disposuit.*

§ 5. Glaciem transire caute oportet, paleam super

ipsam sparge, aquam affunde ut concresecat, ne in lu-
brico iumentis aut milites cadant; sic Julius Secundus
Eridanum transiit. Tartari Istrum congelatum transi-
re formidabant, itaq; botum multitudinē cum taber-
naculis reliquerunt, & quasi metuentes redierūt, Vn-
gari qui ex altera parte erant armenta transduxerunt; q;
vbi didicissent illi, cognito exercitum transire posse,
secuti sunt, & Vngariam vastarunt. Fulg. l. 7.

§ 6. Datames curribus imposuit curius, ad cantos
vero tabulas affixit, ne nimium limo mergerentur, vi-
ros valentissimos cum iumentis tranare iussit, qui
eos traherent, atque hoc modo exercitum traduxit.
Faciliori tamen modo rates compingi possunt. Ponti
disturbando incensas naues immittere solent, cuius
rei nunc est summa occasio, egregie ad Antuerpiam
ea arte vsi sunt, nec duabus in castrum cedentibus, de-
sierunt, Tertia ingens damnum dedit.

*Curribus
impositi cur-
rus.*

*Necessitas
artis est ma-
ior.*

§ 7. Quia difficillimū est flumina transire, id cisco
plurima in eo labore stratagemata inuenta sunt. Auto-
phradates dum Pisida angustias incolae custodiunt,
alio loco traiectionē molitur, quo cum illi occurrūt,
noctu occupatis angustis exercitū traducit. Pompei
exercitum pduxit, & reduxit sepius in castra, quo fa-
cto cū hostis se ludificari putaret, negligēs factus est,
& Pompeius subito impetu transiit. Alexander, Xeno-
phon, alio loco traiectionē simulant, alio transiuerūt.
Iucūdo stratagemate Lacones per dispositā Cartha-
ginensium clasē Syraculas nauigarunt; decem naues
Punicas habebāt captiuas, eas veluti victrices, primas
agi, à latere iunctis, ac puppe religatis alis, qua specie,
deceptis Pœnis, transierunt. Operosus transitus Sertorii
fuit; nā vallum per modū lunae cauē duxit, materiaq;
cōpleuit, & incēdit, sicq; hostes excludit, sed opus fuit
multa materia, ne disiectis ignib; hostis inuadat. nunc
facilius arceri possūt, ob pericula pulueris nitrati in-
cendendi. Idem quoq; Pelopidas Thebanus fecit. Et
inter duos mōtes Herculeius Sertorii legatus. Hanno
clausus locum eruptioni cōmodum aggestis leuib;us
materiis incēdit, hoste ad ceteros exitus auocato per
flammas exiit, ora scutis, crura veste militibus tectis.
Q. Luctatius Catulus cum fluminis ripam hostis oc-
cuparet, nec transire posset, finxit se castra colloca-
tū, q; verum credentes Cimbri, ipsi quoq; idē fece-
runt, quibus lignatū ac pabulatū pteclis transiit, & ca-
stra eorū infestauit. Crassus cū Halim transire nō pos-
set, fossā post tergū exercitū duxit, eo flumiū deriuauit.

*Deriuare
flumen.*

§ 8. Necessitas multa saepe adinuenit. Metellus cū
naues ad transportandos in Siciliam elephātos deef-
sent, iunxit dolia, & tabulamentis construxit. Hanni-
bal elephāntū sub aurem à milite vulnerari iussit, eūq;
flumiū tranare, quem vindicta cupida bellua est in-
tecata, reliquis idem audēdi exemplum fecit. alioqui
vi nulla poterant cogi elephantes ut transirent.

*Dolia iun-
gere.*

§ 9. Hoc quidem generale est, ut quā non expecta-
tur, iriūpant; verum egregia est hac in re & necessaria,
industria. Scipio apud Carthaginē irrupit secutus æ-
stum maris Deum ducem sequi se significans. Ab aliis
exemplū cape, ut flumina transeas, nā quicquid solo
fit minus est, eo q; per vndas transigitur. Marius per
montem confragosum milites in castellum immisit.
Tu per vortices tentabis, Josue positus infidiis ad urbē
Hai, cū fugerent milites, urbem per eos qui in infidiis
collocati erāt, occupauit. Id multis in oppidis Lucius
Corneli⁹ imitatus est in Sardinia, Cato in Lacetanis,
Lucius Scipio in Sardinia. Hannibal ad Hymeran &
Saguntum Himilco ad Agrigentum. Viniatus ad Se-
gobrigā. Barca ad Lilybæū, Scordisci ad Heracleam.
Alia parte classicū canunt, alia inuadunt; sic Alcibia-
des Cyzicum, Pericles Peloponnesiorum castellum,
Thraſybulus Milesios, Antiochus Ephesū occupauit.
Omnia ad flumina, portus, paludes, maiorem & ne-
cessitatem, & occasionem praebent. Fases alii de can-
nis &

*Per inuā
eundum.*

Cuppa col-
ligatis tra-
sunt.

nis & vlua fecerunt, ut illis arma imponerent equi-
res, ipsi natando transibant. De cuppis Appianus l. 8.
Sed magna lignorum ac nauigiorum penuria, qui-
bus inter se iunctis pontem fabricaretur: nuncia-
runt quidam esse permultas in agris illis des-
sertis inanes cippas, forma rotunda, quibus incolae
essent ad nauium similitudinem concauae, deuinctae
mox inter sese, scapharum more innatae videban-
tur. Etenim ite pessum vinctis inter se constrictae, ac
viminibus insuper injectis, & pulvere multo fabura-
tae, non poterant, quod vbi factum est, facile milites
in vltiorem ripam transgressi. Et Lucanus libr. 4.

noua furta per aquor

Exquisita fuge, neq. enim de more carinas

Extendunt, puppes, leuant: sed firma gerendis

Molibus in solito contextunt robora ductu.

Namq. ratem vacua sustentant vndiq. cuppe:

Quarum porrectis series constricta catenis,

Ordinibus geminis obliquas excipit alnos.

Pontes etiam faciebant ex vtribus, ne interdum ne-
cessario in itinere exercitus fluuiorum (quod ple-
rumque euenit) cursus impediatur, remedium ad hanc
rem, & compendio facile, & vbi praeipuum reperit
ingeniosa necessitas, quod tali ratione componitur.
Vitulinis pellibus Arabica arte mollitis: est enim apud eos pra-
cipua confectionis cura, propter aquam de puteis follibus hau-
riendam: his igitur, ut dictum est, diligenter sutis, ut
res in magnitudinem trium semis pedum, ita ut cum
idem vtres spiritu inflati tumuerint, non extollant
vtrum, sed aequalitate quadam plenitudo ipsa vtrius
spatia plana perficiat, ex quorum lateribus, loris sub-
ter annexis, inuicem colligantur. Desuper autem vna
parte circulis extantibus, & ex altera immittuntur
vincini. Erit in formam pontis ad sociata partib. ex-
plicatur integritas. Sed hoc idem opus obliquo flu-
uio, propter impetum meatus, facilius vsque ad alter-
ram explicabitur ripam, q. fixis in vtraque ripa ferreis
palis & funib. validis in medio quidem sub ipsis vtri-
bus, propter incedentium sustentandum pondus, in
marginibus autem firmitatis gratia desuper extensis,
transseundi per fluuium nouo quodam, & peregrino
itinere apparatu, intra breue temporis spatium, pra-
bebit liberam facultatem. Admonendi praeterea su-
mus, quod super vtrum compaginationem cilicia
sunt incedentium subternenda velligijs, ne lubrica pel-
lium confectio insistenti deneger firmitatem. In v-
traq. tamen ripa erunt manubalistae dispositae, ne ho-
stilis manus pontem operantib. impedimento con-
sistat. Mithridatico bello sic Cyzicum seruauit Lu-
cullus. Flor. l. 3. Sed fiduciam, oppidanis resistendum
fecit. Docens aduentare Lucullum, qui horribile dictu, per me-
dias hostium naues vire suspensus, & pedib. iter ad gubernans,
videntibus procul, quasi marina pistrix euaserat. Quin &
Cajus Caesar innixus vtribus sapè nuncios de se pra-
uenit. Lusitanos ait Caesar sine vtrib. ad bellum non
ire, l. 1. bell. ciuil. & Liuius de Hispanis, l. 30. qui et-
jam in vtres vestimenta conieciabant. Scutis alij vte-
bantur. Lycij sub aquis per Xanthum nando clam in
vrbem redibant. Brutus eos retribus excepit. Tutior
modus est monoxyla facere seu lintres ex vno ligno.
Caesar in Britannia & Hispania vsus, Liui. l. 30. Amm.
l. 14. & 24. Scaphas etiam secum vehabant, ita Julia-
nus in Perside, Ammianus l. 14. Semiramis solutiles
naues habet, & camelis vexit, Diodor. l. 3. Monoxyl-
is etiam pontem imposuit Alexander Imperator,
cum Rhenum transiret. Naues Caesar contra Sextum
Pompeium ex cratribus salignis fecit & pellibus
boum. Maxime oriri solent in transitu praelia. Cae-
sar libr. 2. de bell. Gall. Acriter in eo loco pugnatum
est, hostes impeditos nostri in flumine aggressi, ma-
gnum eorum numerum occiderunt. Per eorum cor-

pora reliquos audacissime transire conantes multi-
tudine telorum repulerunt. Primos qui transierant
equitatu circumuentos interfecerunt. Industria
quoque fugabant hostem praeci. Diodorus libro 29.
το ἄριστον ἀσπίδων, ὅδε δὲ σπῆλαι, καλὰ μὲν ὀρεγέβεις, φαίβι. an
ἐμπαλῆς, εἰς τὴν λίμνην. ὅτι δὲ τῶν Πικαδίων, seu si qu
ταὶ ἡ παλαιὰ πῆλιν. ὅτι μὲν ἔχοντες ἀποσπόμενους
παλαιὰς καὶ πῆλιν, εἰς δὲ Φορῶν τόξα, τὰς ἀπο-
σπόμενους ἐν τῇ περὶ, ἢ βιάσασθαι πολυῶντας ἀν-
νέται.

Fortiter & iucunde Liburni cum vadosa loca ob-
fediissent, capitibus tantum eminentibus, fidem hosti
fecerunt altimaris, ac triremem, quae eos inteq.ueba-
tur, implicatam vado ceperunt. Portus, & ostia
fluminum obstrui solent. Transitus quocunque
modo obstruere didicerunt noistates. Hamburgi
catenis Albim obstruxit Waldemarus Dux Sleswi-
censis. Ponte Dantisci Stephanus Rex Polonia. Ve-
rum hic fluuij & loca circumstantia consideranda
sunt.

Egregiū in
mari stru-
ragema.

CAPVT XXXVII.

Acies instituenda.

S. I. ROMANA acies antiqua, vni mihi videtur fa-
ne haud omnino commodè instituta fuit.
Liuius libr. 8. bellum inter Latinos & Romanos de-
scribens, indicat initio pugnasle iuniores, & infir-
miores. Fuit enim ciuili maxime bello pugna similis, adeo
nihil apud Latinos dissonum ab Romana Republica, praeter
animos, erat. Primos hastatos in pugna statacia pu-
gnasse vult Lipsius, atque ita factum est; nam leues
milites praecurrebant: Velitum enim ratio non du-
cebat. Causa cur non rectè institutam aciem pu-
tem, est; quia in prima acie fortissimi quique collo-
candi sunt, ut primo impetu hostem sternant aut ter-
reant. Duo enim incommoda sunt huius aciei, pri-
mum, quod ciuium juniorum male armatorum cla-
de bellum inchoatur, illi enim victi, retro cedebant,
nec sine clade vincebantur, nec sine summa necessi-
tate locum deferere, & recipere seie poterant; cum
deserenti locum, mors poena esset. Alterum incommo-
dum, quod hosti animus cresceret, cum velites
hastatosque profligasset, eo fortius insisteret. Certo
bello Latino, vbi vtrunque eadem acies, apparuit
potuisse facile eos vinci, si fortes initio oppositi fuisset
infirmitas. Nam cum Manlius accensos procur-
rere iussisset, Latini suspicati, Triarios esse, eo quod
post Triarios locati essent, ipsi quoque suos excita-
runt, qui atroci pugna dum vincunt Romanos, pel-
luntque, fatigati sunt, hastis fractis aut hebetatis, in
quos demum Triarios immisit Manlius, vicitque.
Quod si cum accensis eos emisisset, multos ciuium
seruasset, quos eousque occidi, & vinci permisit,
dum hostis fatigatus, integris opportunus esset.
Quanta verò caedes facta sit, non falso narrat Numi-
sius Latinorum Imperator, affirmans, communem ve-
rò Martem belli, vtramq. aciem paricade prostrauisse, victo-
riaq. nomen tantum penes Romanos esse, ceteram pro victis
fortunam & illos gerere: funesta duo Consulium praetoria, al-
terum parricidio filii, alterum Consulibus deuoti caede truci-
dum exercitum omnem: casus hastatos, Principesque, stragem
& ante signa, & post signa facta: Triarios postremo rem re-
stituisse.

Romana a-
cies in parte
vitirosa.Romana a-
cies non op-
tima.Multo san-
guine vin-
cebant Ro-
mani.

Quod si initio rotis viribus obnixi essent, iuuen-
tutemque seruassent, Latini de bello reparando ne-
quaquam cogitassent: sed quod supra moui vi-
lem populum habuere Procures, nec exhausti pau-
perum multitudinem per bella aegre faciebant. Eo-
dem

Causa aciei
Romanae.